
COMMENTARIORUM
DE REBUS CHRISTIANIS
PROLEGOMENA

IOSEPHI ZOLAE

BRIX. S. TH. D. H. E. P. IN ACADEM. TICIN

IMPER. COLL. GERM. ET HUNG. RECT

COMMENTARIORUM

DE REBUS CHRISTIANIS

PROLEGOMENA

ADIECTA

DE HISTOR. ECCLESIAST. FONTIBUS

ET PRAECIPUIS SCRIPTORIBUS

MANTISSA

Μόνη Δυτέον τῇ ἀληθείᾳ, εἰ τις ἱστορίαν γρά-
ψον ἴοι τῶν δ' ἄλλων ἀπάντων ἀμελητέον
αὐτῷ.

Lucian.

TICINI

IN TYPOGRAPHEO MONAST. S. SALVATORIS

ANNO MDCCLXXXVII.



PETRO BUCCAE
 VIRO NOBILISS. ET OPTIMO
 BRIXIANAE ECCL. CANONICO
 IOSEPH ZOLA

S. D.

*Trascêris profecto mihi, Vir
 optime & clarissime, quod li-
 bellum hunc προλεγόμενον ad meos
 de rebus Christianis commen-
 tarios, te prorsus inscio, in
 tuo nomine prodire velim. At
 nullus dubito, quin ceteri om-
 nes, quibus tua illa singula-
 ris ac prope incredibilis mo-
 destia probe sit cognita, iudi-
 ces hac in re te aequiores,*

* 3

facti

COMMENTARIORUM
 DE REBUS CHRISTIANIS
 PROLEGOMENA

§. I. *Historia Ecclesiastica quid sit. II. Unde eius initium nobis sumendum: & quatenus una sit ab initio mundi Christi Ecclesia. III. Quatenam antiqui foederis Ecclesia fuerit. IV. Quatenam sit novi post adventum Christi. V. Ecclesiasticae historiae novi foederis divisio in universalem, particularem, singularem: VI. tum in utilem, curiosam, fabulosam: VII. demum in externam, & interiorem. Quid externa complectatur. VIII. Unde res prosperae Ecclesiae proficiantur; IX. unde adversae. X. Historia Ecclesiae interna quid complectatur. XI. De veritate, aliisque praecipuis Ecclesiasticae historiae dotibus. XII. Testimoniorum, quae fidei faciendae idonea sunt, natura multiplex. XIII. Historiae Ecclesiasticae fontes. XIV. Quo iudicio atque apparatu doctrinae ad hosce fontes eecedendum sit. XV. Quo delectu, XVI. qua*